ſicʒ me ꝑus ligua tua decepit ḡ (ſicʒ a ſili apis guſtās amaritudīem ip
vitat eā) meliꝰ ē vt te peitꝰ dimittā. qꝛ mlier ē tal' nature ꝙ fallere vult
hodie ſi q̄ fefellit heri Ↄcludit ḡ ꝙ mlieres cōiter amāt ꝓpt munera ꝛ
aliter n̄ Allegorice ꝑ hāc mlierē pt itelligi vna ſpes lucri tpal' ꝛ ꝑ hūc
iuuenē pt itelligi qlibʒ hō qꝛ ſicʒ iuueis ꝑ mlierē dcipit ſic ꝑ vnā ſpeʒ
lucri tpal' ſeꝰ hō dcipit. nā freqnt copia tpaliū īpedt hoīeʒ a rgno celeſti

genitor filiꝰ .i. filius nō vult.
Eſt pater eſt natus. hic patri credere neſcit
reiicīda .i. ea q̄ facere debet nō facit
Nam fugienda facit. ꝛ facienda fugit
intentio ↄcordat
Mens vaga diſcurrit. et menti cōſonat etas
animi recedit
Mentis ꝛ etatis turbine frena fugit
antiqui filii peccato famulos
Ira ſenis punit pro nati crimine ſeruos
docet antiquū imitari
Inſtruit iſta ſenem fabula nata ſequi
aſtuta taurū ſcʒ ad trahendū aratrum
Cauta bouem vitulumqꝫ manus ſuppōit aratro
vitulus bos trahit ducēs aratrum
Hic ſubit. ille iugum pellit. arator ait
letare iocūdus .i. bos ↄſuetudo
Gaude letus ara. tu quem domat vſus arandi
.i. a ſeniore thauro ſcʒ vitulus
A boue maiore diſcat arare minor
delectat vt ſudorē emittas ſcʒ vitulo
Non placet vt ſudes. ſed des exempla minori
litigat recedere
A pede qui pugnat. pugnat abire iugo
reſtringit .ſ. vitulū .ſ. mediāte ſeniore aſtutus
Sic domat indomitum domito boue cautus arator
.i. ſeniorē imitat ſcʒ vitulus
Sic veterem ſequitur iunior ille bouem
vtilis fit ſpl' ſenioris boui aſtucia
Proficit exemplum multum cautela docendi
ſuperiori det locum iunior
Maioriqꝫ ſua cedet in arte minor

¶ Hic ponit documentū q̃ hō volēs alios informare debet eis bona
exempla ꝓponere. Etiā minor debet cedere maiori nec eius p̄ceptis iu-
ſtis reſiſtere. Qđ declarat̄ fabuloſe ſic. Quodā em̄ tp̄e vir quidā habu
it filium ſibi rebellem. qđ videns pater ſeruos ſuos ꝓpter delicta filij i
crepauit. vt filius hoc notando ſe emēdaret. Et hoc faciēs ꝓpoſuit eis
iſta dicens. q̃ erat quidā ruſticus qui poſuit vitulum ad aratrū. qui a-
rare renuens adiunxit ſibi antiquum bouem qui erat arare conſuetus
precipiens ſibi q̃ nō multū araret ne ſe nimiū fatigaret. ſʒ q̃ p̄beret bo
nū exemplum boui minori. vt ſic bos minor rebellis ꝑ boué antiquū
inſtrueret̄ in arādo ¶ Allegorice ꝑ filiū rebellē patri p̄nt intelligi pec
catores nō obediētes p̄ceptis dei. ꝛ ꝑ prēm intelligunt̄ ſp̄uales inſtructo
res ſcʒ p̄dicatores v̄bi diuini q̄ p̄cedere debēt petōres v̄tuoſis exemplis
et doctrinis ꝓponēdo eis vitā ꝛ exempla ſcōꝝ. vt ipi peccatores ſic exē
plo virtutis attracti vitam poſtponant erroneam

tale aīal — cupida — domū
Vipra fabrilem dapis anxia tendit in edem
inchoat. ſ. vipra — mordere ſ. incipit.
Incipit hec limam rodere. lima loqui
ignoras — meā poteſtatē — meus honor — ignoras
Neſcis poſſe meum. que ſit mea gloria neſcis
morſu — ꝯturbaris — ſcʒ lima — morſu
Dente meo tereris. non ego dente tuo
ꝯtero — ſcʒ meo
In tenuem ferrum forti molo dente farinam
cecidit — id eſt fortis.
Et cadit a tritu dura farina meo
ex ferro facta — .i. meo dente
Ferrea parcenti caſtigo tubera morſu
talia entia — diuido — .i. entia
Aſpera plano ſeco longa foranda foro
fatuus es — morſu — impotenti
Deliras igitur q̃ dente mināris inarmi
gaudeo — crucior — dolores — pati — triſtaris
Rideo q̃ ferior vulnera ferre gemis
potentē — potēs diligit — potētior punit
Fortem fortis amat. nam fortem fortior angit
potētiori — paueat — venire minor — debilior
Maiori timeat obuius ire minor

Hic au. po. aliā fa. q̄ docet q̃ hō ī potēs nō dʒ ſe ſociare forti. q2 ex h̄
ſepe damnū incurrit. Subdit̄ q̃ fortis ſepe vincit̄ ab alio fortiori. Iſtđ
declarat̄ nobis ſic. q̄dam em̄ tp̄e vipra venit ad domū fabri cauſa que-
rendi cibū. ꝛ intēdit rodere limā ferreā quod ſentiēs lima dixit. O tu mi
ſer nō potes mihi nocere ſed potius dentibꝫ tuis. q2 durior ſum q̄ den-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

tes tui Nã poſſum terere maſſã ferreã in tenuẽ farinã poſſũ etiã face-re aſpa plana ꝛ ꝑforare ꝑforãda q̃re multũ ſtultiſãs te oꝑponẽdo mihi qꝛ licꝫ ferioꝛ a te nõ tñ inde doleo ſꝫ rideo ꝛ tu poteris iñ repoꝛtare vulnera. Allegorice ꝑ lunã intelligit̃ d̃s oĩpotẽs ꝑ viperã ꝓ ſtulti ꝛ pctõres. qui ſe diuine oꝑponũt voluntati ꝑ ſua peccata nõ tñ deo ſed ſoluꝫ ſibiipſis nocere pñt. ſcꝫ eternã damna tõem incurrentes

bellum illis aĩalibꝫ illa aĩalia miles
Agna lupis opponit oues ouiumq; ſatelles
h aĩal hoc aĩal h auxilio ↄfidit
Eſt canis eſt veruex. hac ope fidit ouis
victoria expectat diffidit exercitus
Palma diu dormit. deſperat turba luporum
fingẽs pacẽ inuadere illud aĩal
Et ſimulans fedus ledere temptat ouem
pacem iuramẽto confirmat
Fedus vtrunq; fides iurato numine firmat
pignore ſtabilit
Jd lupus id ſimplex obſide firmat ouis
tribuit accipit.
Datq; lupus mala. ſana canis. recipitq; luporum
filios timuit .i. ꝑicula cõſiderat
Pignora nec metuit. nec ſua damna videt
ꝓ qñ ꝑcipit vociferare
Dum natura iubet natos vlulare lupinos
cõgregatio lupoꝝ fremit pacẽ fractã interrogans
Turba lupina fremit. federa rupta querens
igit̃ ouis defenſoris indigens in ſanguine morit̃
Ergo pecus tutoris egens in viſcera mergit
defenſore deſtituta ſuccumbit
Preſide nuda ſuo. ſic tumulatur ouis
defenſorẽ ſeruare id eſt optima
Tutorem retinere ſuum tutiſſima res eſt
ꝓ qꝛ defenſor deeſt inimicꝰ nocere
Nam ſi tutor abeſt. hoſtis obeſſe poteſt

¶ Hic po. aliã fa. cuiꝰ documẽtũ ẽ ꝙ in tꝑe neccitatis tutũ ẽ hr̃e defen-ſores ꝛ amicos. Cõcludit̃ etiã ꝙ citas vl̃ oꝑpidũ ſapiẽtes hñs cõſules cauere dñt ne illos expellãt vl̃ in obſides mittãt. Jſtd nob fabuloſe declarat̃ ſic. Quodã em̃ tꝑe oues ꝛ lupi habebãt inter ſe guerras. oues q̃dẽ ꝓ defenſoribꝫ hẽbant canes ꝛ ꝓueces. lupi aũt nõ habebant aliquos defenſores. Cũ ergo lupi deſꝑarẽt de victoria miſerũt ſuos legatos ad partẽ aduerſam ad tractandũ de pace ꝛ ↄcordia. Pacẽ aũt ſic initã obſide firmauerũt. Lupi ꝓ ouibꝫ ſuos miſerũt catulos. ꝛ oues ẽcõtra ſiꝫ

os dederũt ſatellites Cũ ergo catuli lupoꝝ ſm inſtictũ nature īcipere̅t vlulare. lupi hoc audiētes magno cũ furore ad caulas ouiũ cucurrerũt dicētes Iã cognouim⁹ federa pacis ſtatura a voƀ ee̅ fracta q꜡ catuli nr̄i quos penes vos hētis in fortitudīe clamãt ad nos auxiliũ ⁊ defenſione̅ a noƀ implorãtes. q̄re iã venimus cũ furore illoꝝ iniuriam vindicare⁊ ſic oues omnes deſtitute defenſione ſuccubuerunt

cũ quo indiget ſcindere
Uo teneatur eget nil auſa ſecare ſecuris
s^e ſecuri ſilua rogat ſilua annuit
Armet eam lucus. vir petit. illa fauet
ſiluã inuadit in domo
Uir nemus impugnat. laſſans in ede ſecurim
ligni vna plaga incidit
Arboris omne genus vna ruina trahit
.i. ſilua dixit obedio mihiipſi occaſio ruine.
Lucus ait pareo. mihimet ſum cauſa pericli
s^e lucũ ſecat .i. man⁹ ruſtici
Me necat ex dono ruſtica dextra meo
dãnificari poſſis inimicũ ꝯfortare
Unde perire queas hoſtem munire caueto
s^e mediãte s^e hoſtem
Qui dat quo periat. quem iuuat hoſte perit

¶ Hic dicit. q̇ hoſtē ſuũ nutrit ⁊ armat ſibiipi dãnũ ⁊ cladē īfert Iſtꝰ innuit noƀ fabuloſe ſic. q̇dã eī tp̄e faber q̇dã in ſua arte p̄itus ſecuri fabricauerat. ſꝫ illi⁹ vſum manubrio deficiēte hr̄e nõ poterat Ille ꝓ ope ligni indigēs q̇dã nem⁹ acceſſit. ⁊ ipm ſup̄ ſua nc̄citate ꝯſuluit Arbores aũt annuētes ꝯſiliũ ⁊ auxiliũ ipi dederũt. cũ in vtroqꝫ abũdarent Lignoꝝ itaqꝫ vulg⁹ p̄ncipatũ ⁊ regimē nemoris albe ſpine ꝯceſſerũt cui⁹ g̊ hn̄da erat grã ut faber id qđ petijt obtineret. Rogata g̊ dñã nemoris benigne ãnuit. ⁊ p̄cepit orno vt fabro ſubueniret ⁊ cito eũ expediret Orn⁹ ãt cito paruit ⁊ manubriũ ſibi ꝯceſſit Fab ãt hito manubrio ſecurꝫ īduſtriã in aliꝭ exp̄iri cepit q̇ laudē meruit. ⁊ īcudi obediēs fuiſſe cõmēdabat Poſtea oē gen⁹ lignoꝝ cepit īcidere ⁊ detrũcare q̄re tũc ardua q̄rẽs q̄ui leſa vulnere plagas ſuas fraxino ꝯq̄rit. q̄ ſocia cladis rũt Merito hec patimur cũ fabro inimico nr̄o cõſiliũ dedimus ⁊ auxiliũ

cũ illo aiali nemus aſſociat dicit pulcra
Um cane ſilua lupum ſociat. lupus inquit amena
.i. cute ſplēdes abundãtia ciboꝝ apparet
Pelle nites. in te copia facta patet
s^e lupi īpinguat .i. domini
Pro verbis dat verba canis. meditat herilis
amicicia s^e meo s^e canē nutrit .i. tota familia
Gratia cum domino. me cibat ipſa domus

Lupus et canis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

tp̄e nocturnꝰ. ꝑmulgo .i.ſecurā
Nocte vigil fures latratu nuncio. tutam
.i.cuſtodio eodem .i.ſtramē .i.lectum
Seruo domum. mihi dat culmus in ede thorum
sᶜ vba ꝑfert cōſidero
Hec mouet ore lupus. cupio me viuere tecum
accipiāt eſcam.
Communem capiant ocia noſtra cibum
ꝑbet opto habitare
Reddit verba canis cupio te viuere mecum
.ſ.eadē sᶜ ambobꝰ victum
Una dabit nobis menſa manuſqȝ cibum
lupus annuit imitaẗ .i.collum canis
Ille fauet. ſequiturqȝ canem. gutturqȝ caninum
inſpicit īterrogat q̄ue ceciderūt crines.
Reſpicit ꝛ querit. cur cecidere pili
ſpꝉ canis i.vt nō poſſim offendere
Inquit. ne valeam morſu peccare diurno
.i.ligas diurnas porro exigente diſcurro
Uincla diurna fero. nocte iubente vagor
donat abundantia.
Reddit verba lupus. non eſt mihi copia tanti
ſeruilis ꝯditōis .i.ꝓpter amorem gule
Ut fieri ſeruus ventris amore velim
felicior .i.pauꝑ .i.q̄ȝ diues ſeruus
Ditior eſt liber mendicus diuite ſeruo
famulus ſeip̄m ſpꝉ bona ſp̄ hō poſſidet
Seruus habet nec ſe nec ſua. liber habet
.i.valde dulce .i.fundat.
Libertas predulce bonum bona cetera condit
ſpꝉ libtate ſpꝉ lupo
Qua niſi condatur nil ſapit eſca mihi
mentis eſca .i.iocūditas
Libertas animi cibus eſt. ꝛ vera voluptas
ſpꝉ libertate abundās diuitior nō poteſt
Qua qui diues erit ditior eſſe nequit
nō volo meā volūtatē ꝑ prauo cōmodo
Nolo velle meum pro turpi vendere lucro
libtates fiat .i.pauꝑ
Has qui vendit opes hic facit vt ſit inops

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

.i.ꝓ omni amittit

Non bene pro toto libertas venditur auro

.i.de celo datū excellit mūdi diuitias

Hoc celeſte bonum preterit orbis opes

¶ Hic.au.po aliā fa.cuius documentū eſt ꝙ nihil eſt melius libertate
qḋ oſtēditur ꝑ lupū ⁊ canē. Quodā em̄ tpe canis ⁊ lupus obuiauerunt
ſibi mutuo in quadā ſilua. Lupus aūt ſalutans canē ait illi. Care fra
ter.quare tā pulcher ⁊ iucūdus es. Cui canis.cauſa quare tā pulcher
ſum ⁊ pinguis ē.q2 bona dieta ⁊ magna quies ꝓſtant mihi forme lau-
des.cū em̄ ningit aut pluit ſub tecto manere poſſum die ac nocte.⁊ ſom
nos duco ſuaues ⁊ ſomnia leta.nullāq3 habeo ſollicitudinē.cibus em̄
meus ſemꝑ ꝑatus eſt.q2 dn̄s meus ſuo pane me paſcit.⁊ tota familia
mihi proijcit oſſa.⁊ pinguia vaſa lingo. Cui lupus ait. Longe melior
eſt vita tua ꝙ̄ mea.hinc enim non eſt mirandum ſi pellis tua tam ni-
tida ſit. O ꝙ̄ felix eſſem ſi talem vitam ſaltem ꝑ annum ducerē. Cui
canis.talem vitā de facili acquireres ſi libera colla tua ſeruituti ſub-
dere velles.ſunt em̄ caſtra ville ⁊ vrbes quib9 nō parū acceptus eris.et
ſi dn̄m meū nō contempſeris ipē cum gaudio ſuſcipiet te.ſi bonos mo-
res ⁊ obſequiū cū bona fide ꝓmiſeris. Cui lupus.o chariſſime frater
verba tua me valde oblectant ⁊ dulciter ſonant in auribus meis. Dn̄s
em̄ tuus pre omnib9 mihi placet.ergo rogo te mihi ductor eē velis ad
eum ⁊ bonus ⁊ manſuetus mihi ſis Itaq3 villam adeunt lupus ⁊ caīs
ſociali cōfabulatione iter proſequentes. Dum aūt aurora fulgente ſe
mutuo aſpicerent vidit lupus colluz canis denudatū.⁊ mox ait Quid
tibi vult circulus ille in collo tuo Cui canis.ſolebam in iuuētute mea
contumax eſſe ⁊ vafer ⁊ mordebam tam notos ꝙ̄ ignotos.tunc iratus
dn̄s meus verberib9 ⁊ vinculis me domuit ꝑcipiendo ne aliquē ꝑter fu
rem ⁊ lupum offenderez. His auditis a ꝓpoſito ſuo lupus auerſus ait
Nūquidem ita volo tibi gratiā dn̄i tui cū vinculis relinquere.ego aūt
pro nulla grā ⁊ glīa vincula ſufferre poſſum. Sit ergo tibi tua ſeruil' cō
ditio.mihi aūt maneat mea libertas. Et ſic lupus ad ſiluam canis aūt
ad villam reuerſi ſunt ¶ Moralr hic inſtruimur ꝙ magis iucundum
eſt miſeriarū eē dn̄m ꝙ̄ diuitiarū eſſe ſeruū Et iucundius eſt paupem in
libertate viuere ꝙ̄ diuitem ſub alieno nutui ⁊ contemptu

accuſant auari illa mēbra ocioſitatem

Acuſant auidi pes ⁊ manus ocia ventris

ſolūmodo cibaria

Omnia ſolus habes lucra.labore cares

.i.man9 ⁊ pedes exhauſit nutrit pigricia deuoras

Nos labor edomuit.te fouet inertia ſorbes

ſollicitudo ꝓcurat

Omnia que noſtri cura laboris emit

ſuſtinere onus intēde

Diſce pati famis aſpere iugum.vel diſce labori

Membra
venter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

.i. induſtria id ē nutriat
Cedere. tecꝫ tui cura laboris alat
ſubuenire rennuit .i. vacuũ
Sic ventri ſeruire negat. ſe venter inanem
inueit petit auxiliũ tribuit
Comperit. orat opem. nil dat auara manus
ſpl' venter reſumit ſꝑ man⁹ ſpl' ventrem
Ille preces iterat. iterum fugit illa precantem
pfundo perit ſpl' naturalis
In ſtomacho fundo torpet. abitqꝫ calor
eſurie perit arida maxillas
Victa fame natura fugit. vis arida fames
claudit ꝯſuetũ ꝑmittit nutrimentum
Obſcrat. ⁊ ſolitum non ſinit ire cibum
cibos tarda infirmi
Vult epulas dare ſera manus. ſed corporis egri
.i. amiſſa fortitudo id ē totũ corpus
Perdita vis refugit. machina tota perit
null⁹ hõ ſufficiens eſt
Nemo ſibi ſatis eſt. eget omnis amicus amico
tu hõ⁊ hoibꝫ miſereri tibi ipſi
Si non vis alijs parcere parce tibi

¶ Hic po. documẽtũ ꝙ nullus dꝫ hrẽ tantã ꝯfidentiã de ſeipo ꝙ velit carere amicis. ⁊ hoc oñdit nob ꝑ man⁹ ⁊ pedes ⁊ ventrẽ Quodã eñ tpe cõtentio fcã ē inter ꝑtes corꝑis ⁊ dixerũt pedes ⁊ manus vẽtri ⁊ capiti nrĩ grã vos viuitis ⁊ valetis. qꝛ nos ĩceſſanter agim⁹ ea q̃bꝫ mediante vos gl'am hẽtis. ſꝫ cedãt lites qꝛ nos ammõ laborare nolum⁹ qꝛ ad vſũ nr̃m ꝑuo labore ĩdigem⁹. ſic ḡ pes ſtetit q̈etus. ⁊ manus iacuit ocioſa. frons aũt dolere cepit ⁊ ceruix artari. ipa quoqꝫ fames cerebri nouerca capiti grauamẽ intulit. qd tandẽ man⁹ ⁊ pedes ſentiẽdo ceperũt de ventris penuria debilitari. Tũc ergo dextra mouit op⁹. ⁊ pedes currere ceperũt vt releuarẽt ventrẽ ⁊ caput. ſꝫ ob lõga ieiunia ⁊ iã oblitus ciborũ. eſcã oblatã rennuit ⁊ eã recipe nõ potuit. tedio igit' laborabãt quẽ morbũ phiſici a ꝓpetitui ꝯtrariũ dicũt. ⁊ tũc q̃ſierũt vndiqꝫ ſubſidium ſed nullũ pfuit ¶ Moral'r ergo nullus dꝫ aliũ vexare ne ſeipm ꝑimat

illud aĩal fetido culo tribuit auriculã
Simea de turpi queritur nate porrigit aurem
nõ ꝯcipit .ſ. i aĩai auditui. orõnes
Vulpes nec recipit mẽte. ſꝫ aure ꝑces
loq̈tur culi vituperiũ honorem
Simea ſic fatur. natis vt mihi dedecus ornem

Simia v[el] [illegible]

ad q̄d est vtile pascua .i. ſcobare
Quid prodeſt nimios campos inſculpere cauda
ſatis eſt ſpl'aliq̄ ſimee modica
Sufficiat caude pars mihi parua tue
q̄ ps caude vtilis eſſet vulpi.
Quod mihi prodeſſet eſt tibi pondus iners
dicit incōmodas grauitate
Ille refert. nimio damnas de pondere caudam
curta nō grauis incōmoda
Eſt breuis. eſtq; leuis. hec duo damna queror
magis volo q̄ tegat terrā ſimee pulcritudinis
Malo verrat humum q̄ȝ ſit tibi cauſa decoris
coopiat turpes ſcȝ cauda mea clunes
Quā tegat immundas res bene munda nates
ſupfluū diuiti diuitē faceret pauperem
Jo nimium nimioq; magis vt ſic ditaret egenum
min⁹ puū paupi eſtimas. ſp̄ hō pdeſſe
Quod minimum minimo credis auare nimis
¶ Hic ponit documentū q̄ illa q̄ ſunt modice reputatōis diuitib⁹ bene prodeſſent paupibus. Qd̄ declaratur per ſimeam ⁊ vulpem. Quodam em̄ tempore contigit q̄ ſimea vidit vulpē longam caudā habentē cui dixit Miror ad q̄d tibi valeat hec lōga cauda. ⁊ ē res diſſimilis. cū tibi ſupfluit. ego aūt ⁊ pueri mei ſine ea naſcimur Cū ergo ſit tibi magis oneri q̄ȝ vtilitati. maxime cū te venatores inſequūtur. vellē vt dares nobis partē illā q̄ tibi ſupflua eſt. q: nobis bene deſeruiret. Reſpōdit vulpes. etiam ſi adeo eſſet grauis cauda mea vt eā vix portare poſſem. tn̄ nō eris tu iñ honorat⁹ ¶ Moral'r ſic ē de diuitib⁹ auaris. q̄ licȝ ſupflua habent nūq̄ȝ tn̄ aliq̄d impartiri volūt pauperibus
qn̄ nūdinas. celer cupit moleſtat aſinū
Cum fora feſtinus lucro petit. inſtat aſello
mercator aſinū onere baculo pcutit
Inſtitor. ⁊ preſſum pondere fuſte premit
aſin⁹ mortē cupit morte ſpōdēte requiem
Ille necem ſperat. nece promittente quietem
morte pacta durare ſcȝ poſt mortem
Sed nece completa. viuere pena poteſt
q: qn̄ plia ſp̄ rex ſpl' ſit
Nam cū bella facit et tympona pellis aſelli
poſt hec pcutit ſp̄ pelli pcuſſione
Hinc laſſatur. ⁊ hinc pulſa tonante manu
hoī tpalis obeſt ſibȳpſi deſtruere tpalem
Cui ſua vita nocet caueat ſibi rumpere vitam

morte bonis opibus
Non nece. ſed merito iure quieſcit homo

¶ Hic ponit documentum ꝙ nullus ꝓpter miſeriā debet ſperare mortem. quia mors eſt terribiliſſima. qđ oſtenditur per aſinum ſic. Quodam eñ tp̄e contigit ꝙ quidam negociator feſtinans cum aſino ſuo onuſto nundinas ingredi grauiter eū cedebat aſinus aūt plagis ꝛ itinere feſſus putabat mortem ſperans labores ſuos morte terminari ſed eo mortuo de pelle ſua facta ſunt belli tympona. que aſſiduis tonſionib⁹ et vſibus agitabantur. ꝛ aſinus qui per mortem ſperabat eſſe ſecurus. etiam poſt mortem cedebatur vt prius ¶ Moraliter per aſinum intelliguntur peccatores qui aliquando mortem vocant vt plagis priuentur. ſed poſt mortem magis vexantur in inferno

ceruo et bobus

agitat⁹ venaticoꝝ fugā capit deuia nemoris
m Otus voce canum ceruus ſubit. auia ſilue
dimittit prata ſtabulū boū intrat
Deſerit. arua tenet clauſtra bouina ſubit
ďr ſilue obſcura prati.
Bos ait. aut luci tenebras aut deuia campi
ſecur⁹ ꝑcurreres tardus ibi velox.
Tutius intrares hinc piger. inde leuis
ad ſtabulū dominus
Huc veniet cuſtoſq; boum ſtabiliq; magiſter
.ſ. cuſtos ꝛ mgr̄ ceruū vel cuſtos vel dominus.
Si duo vel tm̄ te videt alter obis
ďr ceruo mortē pietas auferat
Ceruus ait. mihi veſtra necem clementia demat
coopire ceruū ſtraminib⁹ nox
Condite me latebris dum iubet vmbra fugam
ceruū cooperiūt viſitauit.
Hunc tumulant feno. preſepe reuiſit arator
folijs ꝓuidet nutrit iumenta
Frondibus ꝛ feno munit. alitq; boues
arator recedit gaudet
Hic abit ac ceruus pericla vitaſſe letatur
refert grāꝝ actōnes ſcȝ ſenior dicit
Bobus agit grates. equibus vnus ait
facile euadere ſͤ cuſtodē mgr̄ domus
Eſt leue vitare cecum. ſi venerit argus
mgr̄m valueris euadere tutus
Argum ſi poteris vincere. victor eris
.i. acute videt argo ꝑtinere ſͤ boues
Centum habet oculos. cui ſe debere fatentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Liber Eſopi

domiciliū famuli omnes poſſeſſiones
Et domus et ſerui totaqꝫ iura loci
ceruū inuenit magiſtꝝ
Res tua te reperit. argum res altera cecum
ceruꝰ dormit argo
Qui tibi dormitat ſcit vigilare ſibi
ceruus vir intrat pabulū dat.
Hic ſilet argus iuit ſtabulum. bobuſqꝫ miniſtrat
magis macilentos
Plus equo tenues viderat eſſe boues
puidet pabulis cōmouet iracundia
Dum munit preſepe cibo. dum fulgurat ira
audax aſpicere patefiunt
Auſa videre virum cornua longa patent
iacet in ſtabulo dixit ceruo .ſ ceruum
Quid latet hic. quid ait video. ſentitqꝫ latentem
euentus ſcꝫ ceruū gaudēs in vſum ſue coquine
Et bona fortune munera letus habet
ad ſuū velle dominoꝝ
Exulis eſt non eſſe ſuum. vigilare potentis
dormire famuloꝝ ſuccurrere
Stertere ſeruorum velle iuuare poteſt

¶ Hic ponit documentum ꝙ ſtertere eſt ſeruorum ⁊ vigilare dominorum quod declaratur fabuloſe ſic. Quodam em̄ tempore ceruus venatorum ſtrepitu perturbatus. vt mortem euaderet villam petijt. ⁊ bobꝰ ſociatus cum eis ad preſepe intrauit. Cui bos fertur dixiſſe. Quid voluiſti miſer huc ad mortem venire. ſilua te melius ſeruaret. aut leuis vngula ſeruaret te in campo. At ille reſpondet. Rogo te parce mihi et noli prodere me. qꝛ iam in crepuſculo ſaluus abire potero. His dictis in ſecuro loco ſe poſuit. ſic itaqꝫ latitans bubulco bobus pabulantibꝰ occultus remanſit. hinc ille gauiſus grates bobus reddidit ꝙ fugienti locum dediſſent. Tunc vnus corpore grauis ⁊ grandis ait illi. Saluū te quidem fore volumus ſed cauendum eſt ne ab alio videaris qui centum oculos habet ille eſt qui nobis dominatur a quo ſi viſus fueris nihil preter vitam offerre poteris. His ſic confereutibus. ecce dominus ingreditur ſtabulum. ⁊ quia nuper per ſeruorum negligentiam viderat boues macillentos. acceſſit ad preſepia curam boum habens. dum ergo preſepia diligenter exquirit cornu latitantis cerui apprehendit. vocatiſqꝫ ad ſe bubulcis de ceruo inquirit quando ⁊ quomodo ſtabulum intrauerat At illi ſe neſcire dixerunt. Gauiſus ergo dominus ceruum bene cuſtodiebat ¶ Moraliter. vtile eſt fugere cum per pugnam ſaluare ſe non poteſt. prodeſt enim domino rebus ſuis curā preſtare ⁊ diligētiā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

portat diuitias ſꝑ timoris corde
Ert iudeus opes. ſed onus fert corpore maius
cōpūgit iudeū ſollicitudo exterius
Intus adurit eum cura. laborq; foris
loco timore iudeo dono illi⁹ terre fauorem
Ergo metu damni ſibi munere regis amorem
acqrit dato viatore ſecur⁹ pgat.
Firmat. vt accepto pre duce tutus eat
.i. regis iudeū ꝓpinator ducit ſꝑ pincerne cōmouet
Regius hunc pincerna regit. cor cuius adurit
auida capido ſꝑ pincerna gladio homicidium.
Auri dira fames. qui parat enſe nephas
nemus adeſt intrant in ſyluis ſpl' pincerne
Silua patet ſubeunt. iudeus in ore ſequentis
cōſiderat ſꝑ ⁊ tu pcedas ſꝑ iude⁹ picerna .i. nō vult pcedere
Cor notat. ipſe ſequar dixit. et ille negat
enſem euaginās ſꝑ hō ſꝑ picerna moriaris
Et gladium nudans. nullus ſciet inquit. obito
iudeus dt petm̄ iſtud pandet
Ille refert. ſcelus hoc iſta loquetur auis
.i. euolat ex buſco tal' auis auē digito monſtrat
Proſilit ex dumo perdix. hanc indice ſignat
ſtati āputat gladio ſꝑ iudei diuitias capit in zabulo corpus
Mox rapit enſe caput. et opes metit. in ſcobe funus
ſepelit ɔplet veloces in mūdo circuitus
Celat agit celeres annus in orbe rotas
ſꝑ aſſas .i. regis menſe ꝓpinator apportat
Perdices domini cene pincerna miniſtrat
ſꝑ pincerna .i. ceſſat pincerna
Ridet. et a riſu vix vacat ille ſuo
narrari vult pīcerna narrare tardat
Rex audire cupit. hic cauſam dicere differt
ſꝑ ɔſilij .ſ. rex ⁊ pincerna ſꝑ picerna rex inqrit
Fit locus. ambo ſedent. hic ſilet ille rogat
iraſcit hilari fingit leticiā facie
Rex dolet. ⁊ leto mentitur gaudia vultu
cōſulatus .i. acqeſcit
Regis conſilium. conſilioq; ſedet
ꝓpinatorē .i. patibuli .i. dignū ſꝑ regis decernit
Pincernam crucis eſſe reum ſententia prodit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

patibulū delictū punit patibuli
Crux meritum flagitat iure fauente crucis
interficias aliquē cōſulat
Ut reprimas quemq̃ nullum tibi ſuadeat aurum
ꝓ qꝛ honorē ſp̄ tp̄alē triſtis rapina diminuit
Nam decus ⁊ vitam meſta rapina rapit

Hic auctor ponit aliā fabulā cuius documentū eſt. ꝙ nullus preſu
mat alium interficere vt capiat bona ſua. qꝛ tales ad malum finem de
ueniunt. Et hoc oſtenditur nobis per quēdam iudeum qui magnū por
tans theſaurum. Quoddam nemus dum tranſiret ꝓpter timorem que
ſiuit ductorem quare regem acceſſit ſaluum ab ipſo petendo conductū
per terram ſuam. Et pincernam regis ductorem ſuſcepit. qui videns iu
deum magnum ferre theſaurum ipm̄ interficere cogitabat Iudeus āt
attendens nequiciam ſuam dixit ei. precedas tu ego ſequar. Pincerna
aūt renuit ⁊ euaginato gladio dixit nullus videbit ꝙ ego te interfici
am. Cui iudeus hec auis reuelabit latrocinium. ⁊ ſtatim ex dumis per
dix quedam euolauit. pincerna vero nō curauit ſed iudeū interfecit. ⁊ in
zabulo ſepeliuit. Poſtea contigit ꝙ pincerna dn̄o ſuo perdices preſen/
taret ⁊ tūc adeo ridere cepit ꝙ vix a riſu ſe continere potuit. Rex autē
hoc vidēs cauſam ſui riſus exq̄ſiuit. Pincerna vero dilationē petiuit.
qui poſtea metu ⁊ minis cōpulſus ſeriē facti regi narrauit. quō ſcʒ iu/
deum interfeciſſet ⁊ bona eius rapuiſſet. Quo audito iratus eſt rex ⁊ ſi
mulata fronte abiens conſilium cōuocauit. et factum pincerne ibi pro
palauit. Unde ⁊ ſententia mortis contra eum lata eſt quod ſuſpendere
tur. ⁊ ſic in patibulo digne et iuſte ſuſpenſus eſt

ſp̄ diues .i. miles habitāt ſpl' miles ſp̄ gerit
Ciuis eques ſub rege vigent. hic prelia regis
ſp̄ ciuis diſponit diuitias miles ciuis
Hic diſpenſat opes. hic vir et ille ſenex
odioſe ꝯmota buccas incenſa
Inuide perflata genas ignita dolorum
ſpl' militē ledit id eſt ꝓpter honorem
Flammis fax iuuenem mordet amore ſenis
falſas mentiꝛ querimonias
Regis in aure truces fingit de ciue querelas
ſpl' ciuis .i. diſpēſator diſſipator eſt ciuis
Eſt tibi non paſtor. ſed lupus iſte ſenex
diuitem faciūt augeꝛ ſua ſubſtā .i. furtiuis reb9
Ditant furta ſenem. creſcit ſua copia furtis
de theſauro pecunia abciſa
Eſt ſua de cenſu gaza reciſa tuo
cōfirmabo .i. mea dicta ſpl' ꝓpria cōfiteri
Firmabo. mea. verba manu. tua furta fateri

sc ciuē ꝯpellā .i.duello iudicāte verax

Hunc faciam. bello iudice verus ero

sc v̄ba turbāt ꝓpoſita ciuē .i.fragilis ſenectus

Iſta mouent obiecta ſenem plus fragilis etas

sc ciuē turbat .i.infantia reputatus

Hunc mouet. ⁊ ſenij crimine viſus obes

.i.fauent ſeni euellet.

Parcunt iura ſeni. ſi pro ſene pugnet amicus

ſpl' ciui dilectio p̄mij ſpl' ad duellandā pro ipſo

Cui nullius amor ſenoris arma probat

querit .i.ꝓpugnatorē nō inuenit sc p ſene

Mendicat pugilem. ſed abeſt qui pugnet amicus

ꝑ q² recedit necitate ficta dilectio

Nam refugit viſo turbine falſus amor

ꝑqn̄ ſonat falſos ꝑturbat

Dum fortuna tonat fugitiuos terret amicos

diligit .i.ſola necitas inſtruit

Et quis amat quis non ſola procella docet

cōuiuiū ꝑtrahit ꝓponit .i.pugnam

Cena trahit ciuem. defert vox vna duellum

cōmouet hoīes diſcūbētes querimonia

Sollicitat menſam iuſta querela ſenis

muneribꝫ feci ſcʒ verbo

Quos meritis emi. multos mihi fecit amicos

longū tempꝰ sc amicos ꝑuertit modicū tp̄is

Longa dies. cunctos. abſtrahit hora breuis

ex tātis amicis nō fuit

De tot amicorum populo non reſtitit vnus

sc opem exhibui ſp̄ hoībꝫ reddit auxilium

Quamqꝫ dedi multis nemo repenſat opem

putabā qete fungi cōuenit

Rebar pace frui. mea paci congruit etas

deſtruxit .i.latens inuidia

Sed mea; turbauit gaudia liuor edax

.i.inimico victorię dederūt ſp̄ ego

Hoſti multa meo palmam pepigere tepeſco

ſp̄ miles .i.fortitudīe miles

Ille calet. careo viribus. ille viget

cōtractaui ſpl' miles

Arma parum noui. ſe totum prebuit armis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

ſpl'ciui debilis fortis ſpl'militi
Eſt mihi viſus hebes. viſus acutus ei
nihil ꝑmittit auxiliū recti ratio
Nil mihi ſpondet opem niſi iuſte gratia cauſe
debili ↄqueritꝛ defenſore .i. cauſa iuſta
De fragili queritur preſide cauſa potens
.i. defectū pauet .i. animi
Corporis eclipſim timet alti copia cordis
ꝑ q: debili diffidit ſꝑ militis ſpl'armata.
Nam fragili peccat mens animoſa manu
.i. falſa ſplēdide diffamia
Si turpis nitide mendax infamia vite
ingerit ſplēduiſſe ꝓdeſt
Infigit maculas. quid nituiſſe iuuat
.i. diffidit triſtatꝛ ciuis ↄſolatꝛ ruſticus
Deſperat lugetq; ſenex: hunc lenit arator
ſꝑ arator ciuis arat .i. annuale ꝑciū accipiēs
Qui ſenis arua colit. annua lucra ferens
ſꝑ aratorē mouet miſcđia accipe .i. pugnā
Me ſtimulat pietas pro te proferre duellum
aratori ſꝑ manus ſꝑ ad duellandū
Eſt mihi pro domino dextra parata meo
aduenit ſpl'ↄueniēs .i. pugne
Ecce dies oritur. locus eſt tempuſq; duelli
.ſ. miles ⁊ arator .i. in aio .i. ꝑiter
Stant pugiles. ineunt mente manuq; ſimul
multi dedecus duellet talis homo
Eſt equiti fetidum q; ſtet q; pugnet arator
eſtimat ſꝑ a milite niſi miles
Seq; putat victum. ni cito vincat eques
fortitudo nō meminēs ſpl'mali
Nil de ſe retinet virtus oblita futuri
ſpl'manꝰ violētas expēdit ꝟtutes
Dextera corporeas prodiga fundit opes
ꝟbera ſꝑ miles inutiles emittit
Ictus ipſe ſuos ſteriles expendit in vſus
ꝑcutiēs ruſticū ſeipm plus ledit
Et feriens hoſtem ſe magis hoſte ferit
fortitudis occultat ruſticus
Sed proprie virtutis opes abſcondit arator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

donec oportunitas tribuat tempus
Dum locus expenſe detur ⁊ hora ſue
decipit .ſ. clipeo repellit ictus
Aut motu fallit aut armis temperat ictus
s. arator audax fit s. manus cõſiderat
Et metuens audet. dextra locumqꝫ notat
augmẽtat ꝟbera faciei
Producit minas frontis vtrunqꝫ iubar
s. ruſticus euigilat intẽdit ꝟbera
Dormitans vigilat. ⁊ ceſſans cogitat ictus
pauſa .i. aſtucie cauſa metus
Hec mora non artis ratio. ſed cauſa timoris
.i. eſtimat vtens apparet fatuus
Creditur. arte fruens eſſe videtur iners
.i. letatur miles ſupaſſe eſtimãs .i. a facie ſua
Gaudet eques viciſſe putans. ſpernitqꝫ bubulcum
s. miles abſtergit .i. a facie ſua
Sudoremqꝫ ſuum tergit ab ore ſuo
tardatõem militẽ pcutit arator.
Ecce moram neſcit equitem ferit ipſe bubulcus
in illã brachij ptẽ bacul⁹ bubulci pcutit
In cubiti nodum ruſtica claua ferit
pcuſſio .ſ. cubiti tollit
Huius plaga loci totius corporis aufert
virtutẽ fugit miles s. ad terrã quieſcit
Robur. cedit eques. ſeqꝫ cadente ſedet
s. ipi⁹ ruſtici qeſcit s. ruſtic⁹ attẽdit ſp militẽ
O bona ſimplicitas. ſedet ipſe. notat atqꝫ ſedentem
ſpl' ad pugnã miles ſpl' ruſticus
Et niſi ſurgat eques. ſurgere velle negat
ſpl' tu miles ruſticus dt ruſtico ſp dt nõ volo
Surge bubulcus ait. cui miles ſurgere nolo
ſcz ruſtic⁹ ſp tu miles ruſticũ licitũ eſt
Alter ait. ſedeas. meqꝫ ſedere licet
.i. ppl's mirat .ſ. regis pñs eſt militi ſedenti
Turba ſtupet. prefectus adeſt. equitiqꝫ moranti
iubet duellet deuictus recedat
Imperat vt pugnet. aut ſuperatus eat
tardat miles dt ſupauit ruſticus
Heret eques. prefectus ait. te vicit arator

.ſ.duellū ceſſat intimat̄ euētus duelli
Pugna cadit. regi panditur ordo rei
dicit inchoatū pſequaris pugnā
Rex ait inceptum ſoluas perfecte duellum
.i.ſupatōem fateat̄ ſꝑ miles ruſticus
Dedecus explanet ille vel ille ſuum
duellū reincipit̄ deſcit ſicut
Pugna redit. mileſqꝫ ſedet velut ante ſedebat
ſcꝫ tu miles ruſticus dt ſꝑ ſurgere dicit
Surge bubulcus ait. non volo miles ait
arator dt nō vis rennuam
Cultor ait. ſi ſtare negas. me ſtare negabo
.ſ.pugnare intēdas pugnare paratus ſpl̄ ego ruſticus
Surgere ſi temptes. ſurgere promptus ero
ſcꝫ miles ⁊ ruſtic⁹ irridet turba ꝑfectus ruſtico
Ambo ſedent. ridet populus. preſeſqꝫ bubulco
ꝑcipit duelles cede recedit.
Intonat. aut pugnes. aut fuge. tempus abit
arator dicit ſꝑ miles ſꝑ ad pugnā nō vult
Cultor ait. ſurgat. cadat ſi ſurgere negat
verbera ꝑfectus dt verbera miles
Percute preſes ait. percute ſurget eques
ruſticū militē deuicti aſſcribere titulum
Te decet aut illum victi ſibi ponere nomen
ſꝑ ruſtico nō aſſcribā tytulū ruſticus
Hoc mihi non ponam nomen arator ait
ſpl̄ ego ruſtic⁹ ſpl̄ tu miles dedecus ꝑcutere
Surgo. ſurge miſer. nam turpe ferire ſedentem
ſꝑ ruſtico ſꝑ militi dedec⁹ interire
Eſt mihi. ſicqꝫ tibi turpe ſedendo mori
dicit ſꝑ metuētē pungit miles .ſ.ruſticū
Sic ait. ⁊ timidum ſtimulat. rogat ille feruentem
ſꝑ militi ſupato rogo .i.vincens recede
Parce mihi victo. ſupplico victor abi
pſpa renouat euētus .ſ.ciuē ſꝑ ciuis id ē ſucceſſor bonoꝝ
Leta nouat fortuna ſenem. ſenis vnicus heres
inſcribit̄ meritas acqrit ruſticus diuitias
Scribitur. ⁊ dignas intrat arator opes
iuſticia vincit. robora malus euēt⁹ oſtēdit ſpl̄ fideles
Jus ſuperat vires. ſors aſpera monſtrat amicos

pdcā .i cꝫ odiū amicicia dolo fiducia
Plus confert odio gratia. fraude fides
.i. in fine ſꝯ libri .i duobꝫ ꝟſibꝫ intēdit q̄libet
Fine ſuo gemino verſu quod continet omnis
moralizat exponit interiꝰ cōtinet
Fabula declarat. datqꝫ quod intus habet

¶ Hic ponitur vna hyſtor[illegible]. cuius documentū eſt ꝙ iuſticia ſemꝑ ſu/
perat iniuſticiam Etiam applicatur ꝙ neceſſitatis tempore vera dile/
ctio approbatur. ⁊ ꝙ amicicia ꝑualet odio. ⁊ fides fraudi. Et hoc oſtē
ditur nobis per duos famulantes vni regi ſcꝫ per ciuem antiquum ⁊ mi
litem iuuenem. Unde iſti duo diu ſeruierunt regi. ⁊ miles cepit inuide
re ciui eo ꝙ multam haberet copiam rerum temporalium. Quare ac/
ceſſit regem dicens. Iſte ciuis non eſt vobis paſtor immo lupus ꝙ mul
tum ditatus eſt per bona veſtra que furtiue abſtraxit. Et ꝙ verba mea
vera ſint probabo corpore meo ſi negare velit. Unde euocauit ciuem
in duellum. ſed cum multa eſſent ciui obſtacula vnum maius fuit ſcili
cet debilis ſenectus. Et ergo rex conceſſit ipſi ſi amicum aliquem ha/
beret qui ſine premio duellum pro ipſo inire vellet ipſum adduceret. q̄/
re ciuis multos probauit amicos. ſed nullum invenire potuit qui pro
ipō duellaret. Tandem magnum parauit conuiuium omnibus ami/
cis ſuis narrando eis iniuriam ſibi illatam. ſed nullus miſertus ē eius
Unde dixit. Quondam multos habui amicos quos muneribus mihi
procuraui. nunc autem nullus recompenſat. putabam eñ pacifice vi/
uere. ſed inuidia turbauit me. ⁊ quod magis doleo multi ſpondent vic/
toriam aduerſario meo. quia ipſe fortis eſt ⁊ arma nouit. ego autēꝫ nō
et nihil pro me eſt niſi cauſa mea iuſta. Tunc arator compatiens domi
no ſuo dixit. Ego aſſumam duellum pro te. Quod audiens ciuis gaui
ſus eſt valde. ⁊ extunc aſſignatus eſt dies duelli. Die aūt deputato cō
uenerūt Miles aūt in ſeipſo confidens putabat primo ictu interficere
aratorem. ipſumqꝫ clipeo ſe defendentem fortiter inuaſit ictus ſuos in
utiliter expendendo. Aratorem aūt vires ſuas occultantem circūſtās
populus deuictum putabat. ⁊ ꝙ timoris cauſa ſe non defendiſſet. ſed
non fuit ita Quare miles ſe viciſſe putans abſtergebat ſudorem a fa/
cie ſua. Arator vero conſiderans militem fatigatuꝫ claua ſua percuſſit
eum ad nodum cubiti ſui. vnde ⁊ miles in terram cecidit Quod vidēs
arator dixit militi. ſurge o miles. Cui miles. ſurgere nequeo. Cui ara/
tor. ſi tu ſedeas ⁊ etiam ſedere volo. Tunc prefectus precepit militi ꝙ
ſurgeret ⁊ pugnaret. ſin autem ſe victum daret. Milite vero ſurgere no
lente prefectus euentum duelli regi intimauit. quo mandante duellum
proſequi prefectus iterum iuſſit eos duellare. Tunc ſurgens arator di
xit militi. domine ſurge. Cui miles. ſurgere nolo. Cui arator. ſi ſurrexe
ris ego ſurgam. ⁊ ſi ſederis ego ſedebo. Tunc cum homines circumſtan
tes riderent prefectus iterum dixit aratori. vel tu pugnes vel te victū
fatearis. Cui arator. ſi ipſe ſurrexerit ⁊ ego ſurgam. Cui prefectus. ꝑ
cute eum ⁊ ſurget. quia vel tu nomen victi habebis vel ipſe Cui arator
nomen victi non habebo. ⁊ ſurgens dixit militi. ſurge o miſer, turpe eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

em̄ mihi te ſedentem percutere. ſimiliter turpe eſt tibi ſedendo mori. Et eum ſurgere volentem pungere ⁊ percutere cepit. Tunc miles rogauit eum vt ſibi parceret ſe victum fatendo. Uidens hoc ciuis valde gauiſus eſt. ⁊ aratorem omnium bonorum ſuorum heredem conſtituit pro eo ꝙ ipm̄ a morte liberauerat. Et per hoc oſtenditur quis ſit verus amicus ⁊ quis falſus In fine dicit. ꝙ moralitas cuiuſlibet fabule in fine duobus ſemper concluditur verſibus ¶ Moraliter per ciuem intelligitur vir bonus ⁊ religioſus. per militem intelliguntur mali ⁊ inuidi. qui ſemper interpretantur opera iuſti ad malum. dicentes ꝙ ſi quid boni faciat hoc propter vanam gloriam facit. Et tandem cū iſte bonus ⁊ religioſus in ſenectute conſtitutus fuerit ⁊ in extremitate vite ſue. in qua ipm̄ duellare oportet reddendo rationem pro omnib⁹ factis ſuis ⁊ cum inuenit aliquem amicum quo ſe defendat a morte eterna. poſtremo venit ruſticus id eſt fides bona ⁊ recta liberans ipm̄ de manibus inimici. id eſt diaboli. A quo nos liberare dignetur qui trinus ⁊ vnus regnat in ſecula ſeculorum A M E N.

¶ Eſopus fabulator preclariſſimus cū ſuis moraliſationib⁹ ad noſtri inſtructōez pulcherrime appoſitis Impreſſus Dauentrie per me Iacobum de Breda Anno dñi. M.cccc.xcvi.xvi. menſis Februarij.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 42